

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio i  
cum fonte primo

Non uos iudicetis maliuolos esse  
quando alterius crimen iudicatis.  
Magis quippe innocentes non estis  
si fratres uestros,  
quos iudicando corrigere potestis,  
tacendo perire permittitis.  
Si enim frater tuus uulnus habet in corpore  
quod uelit occultari, dum timet secari,  
nonne crudeliter a te simuletur  
et misericorditer iudicaretur?  
Quanto ergo potius debet manifestare  
ne deterius putrescat in corde?

Augustinus de communi uita uel  
regula clericorum.

Nec uos iudicetis esse maliuolos,  
quando hoc indicatis.  
Magis quippe innocentes non estis,  
si fratres uestros,  
quos indicando corrigere potestis,  
tacendo perire permittitis.  
Si enim frater tuus uulnus haberet in corpore,  
quod uellet occultare, cum timet sanari,  
nonne crudeliter abs te sileretur  
et misericorditer iudicaretur?  
Quanto ergo potius eum debes manifestare,  
ne perniciosius putrescat in corde?

Augustinus Hipponensis, *Regula tertia uel  
praeceptum*, 4.8 (L. Verheijen ed., pp.426-7,  
ll.113-119).